tu. **Cauendum** tamen est ne ipse ornatus sit curiosus:  
ne pulchritudinem rectitudini preponamus: quia ubi bon-  
nestas admittitur: curiositas prohibetur. **Simul** ne dicto  
hieronymi notemur. quo arguit imperitos: qui pulchros  
codices malunt habere quam emendatos. **Et** de multitudine  
librorum similis erit adhibenda sententia.



20  
**De his qui scribere nō possunt.**

**Ca. iē.**

**Q**ui autē fratres essent adeo rudes & aridi ut penitus scribere nesciāt: suademus in primis ut discāt: qz nichil adeo difficile est qd nō cedat bone voluntati. **Q** si omnino hanc sacratissimā artem nō potuerunt addiscere: dabimus in promptu consiliū: ne fructu tam sancti operis penitus priuentur. **S**criptoribus ergo in alijs succurrere: si scribendis voluminibus ipi nō valetis insistere. **U**nus corrigat qd alius scripsit: alius rubro pornet qd ille emendauit: hic notis distinguat atq; scematibus: cōglutinet iste et liget codicem asscribus. **T**u aptabis asscribes, iste coruum: laminas ille pparet ad ornatū. **N**ullius hic desit ministeriū: quo deuotus scriptor releuatus, suū valeat continuare officium. **D**eniq; ad scribendi rationem multa pertinent: que singula possint singuli preparare. **S**candat vnus pergamenu, alius purget: tercius lineando scriptoribus aptet: alius encaustu, pennas alius ministrat. **S**emper em̄n habetis quo scriptores vestros deo beatos supportare. **N**ec displiceat vobis si vtilis scriptor iudicio abbatis ab oneribus cōuentualibus interdū supportetur. **V**os alloquor fratres qui aliqua causa prepetiti scribere nō valetis: vobis hec dogmata p̄cipua in intentione exposui. **I**ntueamini monachos quondā nostri ordinis insignes, ut contemporaneos **S**ede, **R**abani, **D**aimonis ceterozūq; venerabiliū abbatū: cum quantabilantate scriptoribus ministrarūt. **I**ncredibili nāq; scripturarū amore feruentes beatos se estimabāt et felices: si doctores et scriptores suos in aliquo potuissent adiuuare. **H**oc studiū monachoz sanctitate morū venerabile ordinē nostrū quondā magnifice sublimauit: quo deficiente: excellentia ordinis collapsa periit. **N**ūc itaq; fratres pro animarū vestraz salute et ordinis sanctis scripturis feruenter insistite: ut ad eos qui vos in eo laudabiliter p̄cesserūt possitis cū gaudio puenire. **N**emo se a la

*Qui librorum et  
omnia induit p.  
13.*

*Ordin. n. 5. B.  
S. B. G. L. O. W. J.  
S. B. G. L. O. W. J.  
In oratione de  
publica vitz  
folio 10.*



boze scribendi excusare audeat: qui penā oculos<sup>21</sup> euadere desiderat. Si nō potes ornate scribere. scribe ut puaales: hoc tantū caueto ne sensum scripturarum tua negligentia corrumpas. Malo em̄ codicem habere emendatū q̄ pulchrū: exilem q̄ nullū. Ne dicas ergo quia bene scribere nescio. iccirco excusatus sum: sed scribe ut potes et nichil a te amplius exigitur.

## De materia quam scribant.

**S**icut autē queratur quales materias monachi debeant scribere: breuiter respondem<sup>9</sup> q̄ tales. q̄les obedientia superiorū iniungit. In abbatis em̄ vel prioris arbitrio est: q̄d unicuiq̄ ad scribendū velit inuigere. **C**auent tamen ne infirmis fratribz tales materias ad scribendum cōmittant: de quarū lectione infirmiores fiant. Non em̄ expedit omnes materias legere omnibus. **Q**si tale quid scribi debeat. cōmittatur fratribz fortioribus et eruditis: q̄ nouerūt mel sugere de petra. et oleū de saxo durissimo. **L**ibri autē sanctorū patrū. quibus diuinas explanauere scripturas a monachis singulari studio scribēdi sūt: quia ex illoz noticia ad intelligentiā mysterioz dei copiosius instruūtur. **S**ed et eorūdem tractatus qui ad excitandā deuotionē idonei sunt p̄cipua intencōne a nostris scriptoribus sunt scribendi. **E**t generaliter omnes libri. qui vel bonis moribus instituendis. vel orthodoxe fidei integritati deseruūt. ad monachoz studia sunt comparandi. **S**ed nec seculariū litterarū codices recusamus. immo diligimus: quoz scientia ad intelligentiā sanctarū scripturarū nobis valde necessaria est. **H**oc monachi uentures nō ignorant. in omnibus disciplinis secularis literature instituēbātur. **Q**uattuor autē monachis quantū ad eoz statū attinet scienda sunt: sine quoz scientia uirtas ecclesiastica non diu posset in suo robore subsistere. **T**heologia. musica. iura. et ars computistica. **I**ntelligentibus rationes singulorū aperte sunt: quas in alio loco

Cap. 10.

By quibus in  
ultra nisi mo-  
nar si.

1. 2. 3. 4.



*Ne oliguina  
abbatis.*

*= 10.*

*Mathy raria  
219*

plenius digessimus. Et de his quoque scriptores nostri fuerant admonendi: ne licet secularium scientias velut inutiles reputarent. Prouidentia itaque abbatis: unicuique pro suo captu quod scribat prouideat. Si autem abbates curis secularium rerum se immerferint (quod plures faciunt) neglectis libris: monachi nichilominus studium scribendi continent: nec ob negligentiam abbatum suum profectum velint amittere. In hoc casu, si ppleat defectum abbatis desidiosius prior sollicitus, et ordinet fratribus convenientes ad scribendum materias. Scio enim plura insignia monasteria, quorum priores (abbatum non obstante desidia) ornatissimas bibliothecas instruxerunt. Ergo si fratres ad scribendum sunt liberi, eligant sibi doctores singulos quorum volumina scribant: unus Origenem, alter Basilium, alius Augustinum, alter Hieronymum, et sic de ceteris: secundum uniuscuiusque inclinationem, quia ex hoc amplius in sacro studio plerumque proficiunt. Si autem liberi non sunt: nouerint obedientiam prelati, electioni proprie iure preferendam. Fratres etiam scriptores, qui volunt in studio diuinarum scripturarum proficere: faciant sibi libellos quos rapiarios uocant, ut quando libros sanctorum patrum scribendo transcurrunt, si quid memoratu dignum inuenerint, exemplo sagacissime apis colligant: et sententias utiles quasi odoriferas flores in aluuario sui voluminis congerentes: in promptu habeant, quo tempore oportuno sermonem conuenientem proferre sciant. Hoc venerabilis Beda monachus fecisse legitur: hoc Rabanus abbas, hoc Bonaventura cardinalis, hoc alij complures doctissimi viri actasse memorantur. Multum quippe ad intelligentiam sacre scripture proficit, qui hunc discendi ordinem custodit. Sed caueat ne studium priuatum, utilitati preferat plurimorum, hoc est ne suis collectionibus continue immorando, bonum obedientie pretereat. Non enim prosperabuntur studia, que legibus obedientie repugnant. Teneat in utroque medium: ne nimium scribendo deficiat: neque sibi vacans, obedientiam et charitatem suis comodis postponat.



Dum folia humida siccantur, vel fatigatū ex labore t<sup>3</sup>ren-  
mitat caput: velut pro solacio suis collecturis inuigilet.  
Sed et diebus festis dū ab oracōibz vacat talia curet.

## An liceat monachis festis die-

bus scribere.

Ca. xj.

**D**ata iam occasione p̄sentibus queritur. An li-  
citū sit monachis festis diebus scribere: qui-  
bus in lege ab operibz seruilibus p̄cipitur va-  
care. Hanc questionē Jobāni cācellario quon-  
dam parisiē, viro doctissimo legimus a quibusdā fuisse  
ppositā: quā in libro de laude scriptoz, p. xij. cōsideratio-  
nes deducens, ita postremo cōcludit dicens. Nichil im-  
pedit libros seu tractatulos vel codicillos deuocōis scri-  
bere diebus festis, habito moderamē: quale sapiens ius-  
dicabit in hoc opere: qđ vtiq; nō seruire censendū est: sed  
in honorē ecclesie plus aliquādo vergens: q̄ multiplicati-  
o vocalis oracōis: immo insolens in aliquibus missa-  
rū inculcatio. Hec ille. Hos autē adijcētes cū humilita-  
te dicimus, q̄ monachus sub obedientia cōstitutus, si p̄ci-  
pente prelato, festis diebus materias vtilēs scribit, nichil  
timeat: quia melior est obedientia scribentis: q̄ victime  
pprie volūtatis. **E**t tamen que ex institucōne festi obliga-  
tur hac occasione nō negligat: sicuti est celebrare, vel au-  
dire missam: et horas rite p̄soluere canonicas. Bene fa-  
cit itaq; libros sacros scribens diebus festis: debitis cir-  
cūstantijs diligenter adhibitis. Qui autē diuine contem-  
plationi cōgruenter potest insistere, excellentiorē gradum  
creditur obtinere: nisi obedientie meritū iure interueniat  
Illa em̄ bonis operibus incrementū adijcit: et ex equali-  
bus meliora facit. **C**um ergo simus hoīes infirmi, et ad  
cōtemplationē minus idonei, melius est hoc damnū scri-  
bendo refundere, q̄ inutilibus (vt fieri solet) sermonibus  
vacare. Quia etiā nec legere semp̄ possumus nec orare:  
non est quo nos post hec vtilius occupemus: q̄ si cum

officiū noua =

Edm. Jatio 13. 26.



24  
deuotione scribendis libris studium impendamus. **Ex**  
hoc non solum nos instruimur: sed etiam futuris longepost  
nos materiam edificationis preparamus. Non minus scrip-  
tor docet bona scribendo: quam predicator sancta predicando.  
**Et** quod illi licet: istum quis prohibet? **Et** sicut iam dixi-  
mus fratres studiosi presertim festis diebus, suis deuotioni-  
bus consulentes, codicillos suos rapiarios confidenter  
possunt scribere: nisi ut dictum est obedientia aliud precipiat  
operari. In omnibus autem his serenanda est intentio precia-  
pientis: regulanda etiam deuotio scribentis. **Qui** autem ali-  
quid scribit pro precio, quantumcumque materia utilis sit:  
ab hac libertate seclusi, festis diebus ab ope cessabunt:  
quia lucris terrenis intentione deseruiunt: et ideo seruale  
opus iudicatur: nisi forte alius interueniat (quod raro con-  
tingit) respectus pietatis.

## De differentia scriptorum et opusculorum nominibus. **Cap. xij.**

**S**criptores duplici apud antiquos a pellatione  
habebantur. Primi dicebantur antiquarii:  
quod vetera tantummodo scriberent: nomen ab offi-  
cio sumentes. Secundi a pellatione librarij:  
qui et noua scribebant et vetera. Antiquarii cum scriberent  
etiam antiquis libris utebantur: librarij autem nouis. Dicitur  
autem librarij a libro, hoc est interiori cortice que ligno  
coheret: quia ante usum carthe vel membrane: de libris  
arborum volumina compaginata fiebant: sicut in vetustissi-  
mis bibliothecis adhuc hodie reperiuntur quandoque vesti-  
gia. **Jam** pro instructione deuoti scriptoris liber diuersi-  
tatem opusculorum aliquantulum describere: sicut a **Raba-**  
**no** viro quondam peritissimo enarrantur: quia non erit fra-  
tribus inutilis eorum noticia: ut sciant quemadmodum unum  
quodque opusculum debeant appellare. Opusculorum ergo  
tria sunt genera. Primum genus excerpta dicitur: quod  
greci Scholia nuncupant: in quibus ea que videntur ob



scara. vel difficilia. summam ac breuiter perstringuntur.  
**S**ecundū genus **H**omelie sunt quas nos verbū appella-  
mus: et pferuntur ad populū. **T**ercū genus **T**homi.  
quos nos libros vel volumina nūcupam⁹. **H**omelie ad  
vulgum sunt: thomi. id est libri maioris disputacōis.  
**D**ialogos est collatio duorum: a dia et logos. quod est  
duoz sermo. **T**ractatus est vnius rei multiplex exposi-  
tio. **C**ōmentaria dicta sunt quasi cōmenta: sunt em inter-  
pretacōnes: cōmenta iuris cōmenta euangelij. **A**polo-  
geticos est liber excusacōis: in quo solent quidā accu-  
santibus respondere. **P**anegiricos. id est laudatiuus: la-  
cenciosum et lasciuū genus dicendi: in laudibus regū et  
principū: in cuius composicōne hoies multis mendacijs  
adulantur. **P**rologos est p̄fatio ante librū: vt prologus  
beati **H**ieronymi in genesim. **P**robemion est incipiē di-  
cendi uel operis: et sepe p̄ prefatione accipitur. **S**umpen-  
rasina operis alicuius conclusio est: et nostro more tercie  
declinacōis sicut dogma accipitur. **S**iblos. id est codex  
multorum libroꝝ est: ut codex bible qui multos libros  
continet. **L**iber est tractatus partialis per se diuisus uel  
vnicus: vt vnus liber **A**ugustini de penitencia: vel quat-  
tuor de doctrina christiana &c. **V**olumen liber est a vol-  
uendo dictus: sicut volumina legis. volumina p̄phetarū.  
**F**astorum libri sunt in quibus reges et consules scribū-  
tur. **F**olia autē libroꝝ ad similitudinē arborū appellata  
sunt: quia ex corticibus earundē fiebant: vel quia ad mo-  
dum folioꝝ in codice volitant. **V**ersus dicuntur a verten-  
do: quia antiqui scribebant sicut aratur terra. **A** sinistra  
enim ad dexterā stilum primo ducebant: deinde cōuerte-  
bantur ab inferiori. et ad sinistram rursus scribebant.  
**S**ceda scede. est quod emendatur adhuc. et necdum in  
mundū redactum est: pro qua nos conceptiones quasi  
impolitas materias dicimus. **I**nstrumenta autē scribe  
sunt calamus et penna.



## De instituendis scriptoribus in cenobijs.

Ca. xiiij.

23  
12  
0711

**Q**uonia ut supra diximus nullū artificium adeo monachorum professioni cōuenit. sicut scribendi officium: ob id quod multi infirmi et imbecilles (ne dicā rudes) ad exercitia sublimiora non sunt idonei. Non enim omnibus donatum est cōtemplationi vel orationi semper insistere: vel alios predicando informare. Sūt vero nonnulli desides et pigri qui se excusant. immo gloriāntur. dicentes. Nescio scribere. Si nescis p̄discas: alioquin qui non laborat. nec manducet. Non excusat te ignorantia ab officio: quā facile vincibilem. negligis superare. Si tibi bona tantū inesset voluntas: scribendi artē cito p̄beret assiduitas. Ad tollendas igitur excusationes pigrorum. cōsultum videtur et valde proficuum. vt abbates vel p̄ suos vel alios monachos in arte scribendi faciant instrui: qz ex hoc et pigris excusationis materia tollitur: et maxima vtilitas inde generat. Ociositas enim inimica est aie: et desideria occidunt pigrū. Si quis autē adeo piger aut maliuolus fuerit. ut omnino scribere nō cōsentiat: alijs laboribus et abstinentijs affligendus est: donec petat in solaciū quod antea cōtempserit. Sit tamen cautus in omnibus abbas: et ardua semper p̄cedant monita caritatis. Oderūt hanc disciplinā valde demones: scientes quod p̄ eius misterium salus multorum p̄curatur. Idcirco monachos omni studio ab eius officio conātur retrahere: et eorumque nonnunquam p̄dicere: ut plerique suis p̄latis vsque ad inobedientie crimen resistentes. calamitatē incidant horribilem. Quales iam plerisque nouimus. suis maioribus inobedientes. ne scribere possent. diabolo suadente. sibiip̄is crudeles effecti. extremā dementiā inciderūt. Sed omittamus hec: ne plus noceant quā prosint infirmis lectoribus. Excusationē legitimā nemo habet: cui in sola voluntate constat defectus. Qui enim addiscere volūt oportuna sepe documēta inueniēt:

disciplina de  
monibus sicut  
p̄.



27  
vel ab alijs qui nouerūt. vel ex veterū libris informandi.  
**U**sus etiā scribendi multū cōducit ad profectū: quia hec  
ars si diu intermittitur: paulatim dediscitur. Nulla enim  
disciplina quātūlibet celebris absq; vsu diutius retinetur  
**P**ractica em̄ artis vigor est. Legant monachi qui scri-  
bere nolūt. librū beati Augustini de opere monachoz:  
et erubescāt suā ignauiam. qui cōtra patrū decreta ocio  
se cōuersantur. **S**criptura dicit. In desiderijs est omnis  
ociosus. **Q**uare? **Q**uia dū ad operandū foris vtilia per  
exercitiū nō flectitur: cogitacōibus immūdis mens va-  
cua intus sordidatur. **S**aturitas panis et ocū: sodomī-  
tas ad eternū deduxit interitū. **O**ciositas mater et scatu-  
rigo est omniū vicioꝝ: et oīm interitus virtutū. **N**ā tem-  
pus acceptabile. infructuose et turpiter expendit: virtutū  
fomenta deserit: libidinē suggerit. vires minuit. animā oc-  
cidit. **O**cū itaq; fugite: qui ad vitā eternā cupitis pueni-  
re: que non ociosis sed rite laborantibus repromissa est.  
**E**t maxime in monachis hec desidia rephenditur: q̄ nō  
de labore ad ocū. sed de ocio ad laborē vocantur. **Q**u-  
dixeris michi. nō possum scribere. in cella p totū diem nō  
valeo pmanere: ad labores exteriores libenter ibo: fodere  
re aut portare lapides minime recusabo: tantum ne an-  
gustiam patiar in his que michi sunt omnino cōtraria:  
breuiter respondebo. **N**ō est bona cōparatio: que a pron-  
fectu meliori discedit. **M**elius est scribere q̄s fodere: li-  
bros sacros legere. q̄s lapides portare: nisi obediētia uel  
pietas ad omnia valens. se voluerit interponere. **S**i non  
potes scribere. si in cella solus nō vales pmanere: cur ad  
monasteriū venire voluisti. monachū nō victurus? **I**n ce-  
nobio em̄ nō monachū viuere: est se ad damnationē pri-  
oris sententia alligare. **M**onachus em̄ iuxta noīs sui in-  
terptationē in cenobio solus sedere p̄cipitur: ut a mundi  
curis p silentiū separetur. **T**u ergo si nolueris esse quod  
promisisti: deo (transgressor voti) mentiris. **D**eo autem  
mentiri: est suo se ore damnare. **C**ōuersionē morū tuoz  
voluisti secundū regulā sancti **B**enedicti: que monachos

vsus scribendi  
artif.

Aug

ociosus

Matth. 20.

obuerto

12

Solutio

Monachus  
12



28  
Intantū laborare precipit: ut ociosos monachos esse nen-  
gauerit. **Q** autē telaboribus exterioribus occupari desu-  
deras: q̄ vacuus ab interiori exercicio sis manifestas.  
**Q**uē em̄ ex monachis hi labores delectāt: eū interiores  
necesse est dereinquit. **E**xterioribus inquā laboribz du-  
ceris instinctu diabolico: qui sibi interiores nouit esse cō-  
trarios. **S**i verus monachus esses: nō abhorreres secre-  
tū celle: q̄s tue vel maxime cōgruit honestati. **N**ō est tāta  
in monachis nostra etate deuotio: ut veterū exemplo in  
operibus agriculture possint pficere. **M**agis destruit hī  
labores deuotionē q̄s edificent. **D**ox em̄ ut ventū fuerit  
ad colloquia: nullus vel rarus edificationis sermo depro-  
mitur: sed ad mūdi negocia q̄s cupidissime ora laxantur.  
**D**e regū bellis. de princpū guerris. de seculi pompis ion-  
canda habetur tractatio: nulla custodia proflus adhibe-  
tur silencio. **H**is igitur laboribus quasi quibusdā distra-  
ctionū vinculis absoluti. ad interiora animū cōuertentes.  
celle secretū amemus: orācōni et lectioni crebuis insista-  
mus: librōs sanctoz patrū cum deuocōne scribamus:  
efcas animā pascentes queramus: quia nris laboribus  
corpora nutrire nō possum⁹. **Q**ui nescit scribere ab alijs  
discat q̄ sciūt: suāqz voluntatē subdat obedientie: si penā  
ociose manducantū cupit euadere. **S**emper em̄ quibus  
instruātur scriptores. frater deuotus inueniet. **E**t qz bon-  
na volūtas meretur gratiā. ut pijs incrementis semp pfin-  
ciat. cōgruis stipendijs est crebrius honoranda. **A**bbas  
igitur fratres suos quos ad obediendum promptos. ad  
scribendū voluntarios ac hilares esse p̄spererit. ampliori  
beniuolencia p̄sequat: gratijs honoret cōgruis: d̄neraqz  
interdū relaxet ceteroz. **E**t qz tales deuoti fratres p̄pter  
obedienciā et amorē scripturaz semetipos negligūt: ab-  
bas in om̄ibus eis necessarijs abundātius q̄s ceteris pui-  
deat: qui tales esse et inueniri contemnūt. **N**oc enim fan-  
ciens et bonos in studio sancto conseruabit: et alios ad  
imitationē eoz. prouocabit. **S**emitas tamen huius opi-  
nionis pretertu nō transgrediatur.

colloquiū

1-2-3

officiū

23



# An sit cōmendabile in cenob

bys multos habere codices.

## Cap. xliij.

**S**unt nōnulli qui amatores libroꝝ de multi-  
tudine. velut nimietate rephendunt. dicentes  
ad institutionē bonē vite codices paucos suffi-  
cere; qui doceant nos vicia fugere. et virtutes  
amare. **A**ūt em̄ ad eos quos diligere libros cōspiciunt.  
**Q**uid vos tanta libroꝝ multitudine obruitis: cū eos le-  
gere om̄es nō possitis quos habetis? **M**elius est enim  
paucos habere codices et legere: q̄ multos in bibliote-  
ca reconditos. sine lectione transire. **Q**uibus breuiter res-  
pondemus. **S**i rephensibile est multa volumina habere  
cū ad scientiā salutarem pauca possent sufficere: malū sit  
etiā fateantur. sanctos patres tā multa et pene innume-  
rabilia scripsisse. **C**ur **D**igenes sex milia. cū **A**ugustin⁹  
mille. cū **A**mbrosius ducētos. cū trecentos libros **N**ie-  
ronymus edidit: cū ad bonē vite institutionē pauci suffi-  
ciant? **A**n forte multos scribere licet. et nō habere? **A**d  
quid ergo scribūtur: si eos haberi nō licet? **S**i malum  
est multos libros emere: cur sancti patres tantā diligen-  
tiā in colligendis scribendisq; olim fecerunt? **S**ic stultus  
estis ut bonū malū. et malū bonū asserentes. dum cōtra  
amatores libroꝝ sine distinctione latratis. etiā obloqui  
sanctissimis patribus non timetis: quoz dū imitatores  
rephenditis. quasi male p̄cesserint illi arguitis. **S**i malū  
est imitari: quomō p̄cessisse bonū erit. **S**ed qz sanctorū  
studiū iuste nō potes rephendere: si sapias. cessa eoz imi-  
tatores lacerare. **N**ā si illis bonū fuit: nec istis malū erit.  
**E**cce tu aurū et argentū cōgregas: agrū agro copulas:  
et malū nō iudicas. **S**ed dicis. **D**ecunias colligere p̄ in-  
stanti fratru necessitate puidētie est: et in futurū recōdere  
iuste rationis. **L**ibros autem tam innumeros emere nō  
prouidentie. sed curiositatis est. **I**mperator cupiditan-  
tis. o auaricie princeps: quid honestatis non oppugnat  
ignauia tua? **Q**uid nō corrodit seua cupiditas? c ij



libri boni  
artium

Ut amatores sacre scientie vituperes: auaricia comen-  
das. Ex abundantia cordis tui os loquitur: et q̄ sapiētie  
aduersarius sis tuus sermo testatur. Nō est quā simulas  
puidētia sed auaricia: nō fratru necessitas: sed auri cu-  
piditas. **D**idisti disciplinā et sermones dñi. **P**iecisti retro-  
sum: et quasi de insigni iusticia gloriaris? **S**ed trāseant  
hec: alio tempore p̄cessura in publicū. **D**ñes autē libri  
bonarū artū boni sunt: maxime qui ad intellectum sacre  
scripture cōducūt. **N**alū ergo non est bonos habere li-  
bros: nisi prohibitio faciat illicitū. **S**ed nullū inuenitur  
p̄ceptū: qđ multitudinē librorū phibeat. **Q**uid igitur no-  
bis de copia librorū insultas? **C**ur sanctū et necessariū  
in ecclesia studiū cōdemnas? **B**onū est cōstanter ausim-  
dicere. et multos et bonos in cenobio habere codices: qui  
bus fratru pmouetur studiū: etiā si omes legere nō suffi-  
ciant. **S**eculariū quoq; auctorū volumina a monachorū  
bibliothecis nō sunt repellenda: sine quorū noticia diuino  
nos libros nō estimō. quēq; p̄fecte intelligere. **H**ā si an-  
tiquorū patrū nr̄i ordinis bibliothecas p̄scrutemur ( ut  
1-2-3 **S**ede in anglia. **R**abani in sulda. **D**aymonis in hirpfel-  
4-5-6 dia. **P**etri in uinatio. **N**otgeri apud sanctū gallū. **S**ūi-  
7-8 mūdi ad beatū leufredū. **S**igeberti in gemblacho. **D**e-  
rigeri quoq; apud lobias: aliorūq; doctissimorū. ac vene-  
rabilū patrū qui scientia et sanctitate in ecclesia dei cla-  
ruerūt ) inueniemus copiam librorū in omni facultate. in  
omni scientia. in omni doctrina: qđ etiā ex eorū opusculis  
facile possumus agnoscere: dū in omni litteratura tā di-  
uina q̄ hūana periti fuisse declarāt. **H**orū exempla imi-  
tari monachis honorabile et uale est. **C**eterū nichil est in  
hac uita tā pium. tā salubre. tā sanctū. quo uolūtas mala  
nō possit aburi: sic etiam de librorū multitudinē poterit  
euenire: si nō dei et scripturarū amor. sed curiositas vel ela-  
tio fuerit in causa. **C**auēat igitur is qui colligendis volu-  
minibus inuigilat: ne appetitum suū in uanitate ponat.  
**S**tudeat intentionē ad debitū finem dirigere: si nō uult  
a bono deuiare.

Ita uisus studium



31  
**De custodia et mundicia librorū**

habenda.

**Cap. xv.**

**Q**uoniam thesaurus maximus ecclesie copia sit scripturarum: qui libros sanctos diligenter custodire negligit: iniuriam ecclesie facit. **A**rma enim quibus se contra hereticos munit libri sunt: quos qui vel distrabi vel perire patitur: minus ecclesiam diligere comprobatur. **Q**uia si amaret ut debuit: suis ea spoliari armis nequaquam pmitteret. **A**matos itaque librorum attendimus exhortamur, ut bibliothecam sollicitè custodiant: aut talibus commendent armarios, qui nichil ex ea surripi pmitterant. **E**t bibliothecis facile monachorum disciplina cognoscitur: et quod studeant ex libris cito animadverti potest. **S**i ad domum tuam venero non est opus interrogem te quod studeas: volumina tua dabunt testimonium de actionibus tuis. **C**odices tui honorant te: sicut a te honorantur. **S**i negligis illos, negligent te: si contemnis, contemnent te. **D**enique qui contemnunt me (ait sapientia dei, que in libris agnoscitur) erunt ignobiles. **S**i volumina tua scammis lacera volant, si pulueribus operiuntur: si maculata intus, si foris incopposita fuerint: indoctum te et fucosum proclamabunt: etiam si doctor habearis. **Q**uomodo doctrinam amare poteris: si libros informatos tuos contemnis et negligis? **S**icut sapientia puri cordis habitaculum et diligit et in eo habitat: sic amator sapientie librorum mundiciam et ornatum amat. **N**am qui domum alicuius lacerat: quod inhabitantem non vereatur manifestat. **E**t qui libros divinarum vel humanarum scripturarum negligenter et immunde tractat: contentam in eis scientiam se non amare probat. **P**hilobiblos itaque noster pro custodia et ornatu librorum summum impendat studium: secundum materias vel dignitates ordinet libros ad pulpitum: ut studiosi fratres, citius inuenire possint quod querant. **N**ulla de sua bibliotheca materia abijcendam existimet: preter dogmata hereticorum: quia nullus

2. 3. 4.

Hereticorum libri



liber tam exilis est. qui non ad aliquam utilitatem possit  
 cōducere. **S**it bibliotheca sub tuta custodia: nec passim  
 omnibus pateat: sed illis dūtaxat. quos amor et studiū  
 scripturarū cōmendat. **M**ulta em̄ bibliothecis damna  
 illata cognouimus: eo q̄ sine discretionē paterent vniuer  
 sis. **N**ec de locis suis libri facile emittendi sunt: nisi sub  
 fide. et certa fiducia. **D**abeantur omniū librorum biblio  
 thece inuentaria: vt nichil distrahi possit vel amitti. **E**t  
 lores insuper noster disciplinarū vtiliū. eos quos diligit  
 libros nōnunq̄ visitet: et q̄ recte se habeant diligentissi  
 me exploret. **B**eniq̄ nō sit parcus et inuidus ad cōmuni  
 candū studiosis de bibliotheca volumina: quia thesau  
 rus occultus et sapientia abscondita: velut inutiles com  
 probātur. **Q**uotienscūq̄ ergo petitur ad rescribenda vo  
 lumina studiosis libenter accomodet: sub certa tamen fi  
 dei cautione: quatenus et suū thesaurum cenobio custo  
 diat: et alios sine sui diminutione diuites faciat. **Q**ui  
 cūq̄ autē libros ad rescribendū sub fide recipit. caueat  
 diligenter ne illos aut fedet: aut laceret: sed iuxta senten  
 tiam dñi faciat alijs qđ sibi vult fieri: et beniuolentie nō  
 sit ingratus. **F**ratres etiā qui libros de bibliotheca secū  
 dum regulā pro studijs accipiūt. caueant ne illos macu  
 lent vel destruant: sed cum deuocōne ⁊ puritate legentes  
 immaculatos custodiant. **S**i quis autem codices negli  
 genter et sordide tractauerit: ut sacrilegus et dissipator  
 rerū monasterij puniatur: ita ut eius emendatio ceteris  
 fiat in exemplū. **S**ed quid multis sup̄ librorū custodia  
 immoramur sermonibus? **Q**ui illos diligunt sine dubio  
 colunt et seruant. etiā nobis tacentibus: quod imperitis  
 frustra suademus. quia psuadere non possumus. **S**tulti  
 em̄ studia contemnūt peritorū: et volumina non diligūt.  
 nisi suis vanitatibus conformia. **H**is igitur omissis ad  
 nostrorū qui libros et amant et legunt. cohortationem  
 accedamus.

Sarribon



33

# Exhortatio ad studiū et amo- rem scripturarum. ¶ Cap. xvj.

**I**am nūc igitur charissimi fratres. cohortatio-  
nem nostrā cum beniuolentia suscipite: et ad  
scribendos libros sacre doctrine vos sedulo  
p̄parate. Ex his em̄ que in cōmendationem  
scriptorū exposuimus aduertitis: quid de tali officio senti-  
tūre debeatis. Nolite ergo tantū bonū negligere: nolite  
a scribendi studio cessare. Scriptura enim est que vos  
quodāmodo reddit immortales: et etiā post mortem su-  
perstitēs. Agant singuli qđ volunt: glorientur in officio  
quod didicerūt: sola scriptura est. que vos etiā defunctos  
in memoria cōseruabit. Librī em̄ sancti. quasi renouato-  
res memorie auctorū suorū sunt. Qui autē scribere negli-  
gunt: mox ut mortui fuerint in obliuionē omnīū tanquā  
non fuissent. cito dcueniūt: vestra autē memoria ex libris  
quos scribitis. cū gloria transibit ad posteros. Hec dica-  
mus qđ hac intencōne debeatis scribere: cū id preter in-  
tentionē possit euenire. Absit procul a sancto opere tam  
stulta cupiditas: ut famā pro laboris premio cōcupiscat  
inanem. Si autē noīa v̄ra codicibus a vobis scriptis vo-  
lueritis imprimere: ea intencōne faciendum est. vt uel ad  
suffragiū posteros vel ad imitationē intendatis puocare  
Tali em̄ intuitu. codicibz v̄ris nominū titulos secure et  
licite potestis subscribere. Vobis etiā o venerādi scripto-  
res. vtilia ex intencōne scribentibus post mortē acciden-  
tale meritū subuenire nō immerito creditur: quotiens ad  
penitentia aliqs ex v̄ra scriptura puocatur. Vos pauper-  
es nichil habetis. vnde possitis elemosynā facere: neqz  
possidetis aliqd vt pro v̄ri memoria testamentū valeatis  
cōfirmare. Audite ergo meū consiliū: ne sine testamento  
notabili. ab hac vita decedatis. Libros et opuscula san-  
ctorum patrū cū diligentia scribite: et testamentū glorio-  
sum feceritis. Nam si elemosyna panis et aque exigua. tā

*deus scriptura*

*obuoluntati omnium  
30 falo.*

*et elemosyna*



efficaciter peccatū extinguit: qđ tam ingens pletas scrip-  
 torū non poterit? **S**i copiose remunerabitur apud deū  
 qui pauperes hic pascit morti obnoxios: quāto premio  
 donandi estis. qui animas pascatis immortales? **S**pīri-  
 tualia em̄ dona carnalibus iure pferūtur. **U**iuāt manus  
 ille ac feliciter cubent: que nobis tot sanctorū patrū volu-  
 mina suis laboribus cōscripserūt. **B**eati scriptoris vener-  
 randi labores: quibus tam magnifice sustentatur fidelū  
 mater ecclesia. **S**it memoria illoꝝ apud altissimū: et no-  
 mina scriptorū in libro vite sine fine cōscripta pmaneat  
**R**eddat illis dñs laborum suoꝝ inestimabile premiū: et  
 ab eius cōspectu nunq̄ separentur. **B**ibant illic de fontē  
 bus saluatoris: qui nobis suis officijs potū propinauere  
 salutis. **U**iuant uiuāt: et in eternū feliciter uiuant: qui no-  
 bis ad bene uiuendū tam opportuna consilia tradiderūt  
**S**acite et vobis testamenta huiuscemodi sanctitatis: que  
 nulla vnq̄ obliuione peribūt. **L**ibros iam scribite dum  
 uiuitis: et post mortē copiosum fructū colligetis. **A** scri-  
 bendo labor nullus vos terreat: nulla voluptas prepe-  
 diat: plus vestre salutē conducet sanctorū volumina reno-  
 uando scribere: q̄ perituris diuicijs pauperes ditare.  
**E**t illud quidē vobis nō tam difficile q̄ impossibile est.  
**S**ectentur sua studia homines mundani: ocio vacent  
 monachi dissoluti: abbātes stolidi. in equis delectentur:  
 vagi ludant alij in aëribus celi. in canibus alij discurrāt  
 venaticis: vos in lege dñi meditates litteris sanctis cō-  
 sulite: et ecclesie vestris laboribus in futurū prouidete.  
**L**icet aurū sine modo sitiant plurimi. licet agrum agro  
 copulent. licet ruituras domus in altum edificent: vos  
 noninis vestri famā in altioribus sacrote consistere: quin-  
 bus de mūdo non expedit similia cogitare. **V**os mūdo  
 altiores estis: nolite vos turpiter inferiori submittere.  
**C**ontemnite fortiter: quē sine culpa nō potestis diligere.  
**S**cribite libros sanctorū eosq̄ cum deuocōne legendos  
 inspiciate: quia nichil vobis ad contemptum mūdi adeo  
 proficit q̄ si cum amore scripturis studium impendatis.

mundi  
 7. rāte  
 -ty



8.  
**N**ec em̄ sacratissima scientia. lucerna pedibus nr̄is est: <sup>34. 8.</sup>  
ne in via hac plena tenebris qua gradimur offendamus:  
ip̄a comes nr̄i itineris ne erremus. **N**ec p̄ speculo menti  
fidelium opponitur: ut facies interior clare videatur. **N**am <sup>simil-</sup>  
quēadmodū vultus nostri maculas in speculo materiali  
cōspicimus: ita in sacra scriptura actionū nostrarū negli-  
gentias videmus. **I**lla em̄ delinquentes nos corripit: tor-  
pentes pungit: negligentes excitat: ignaros informat.  
**M**agnū et incredibile bonū nobis sancta scriptura cō-  
ferre dinoscitur: si cū humili deuotione attentius legatur  
**N**am int̄lectū nostrū ad eruditionē illuminat: mentē a  
mūdi vanitatibus elongat: et in dei amorem reformat.  
**S**epe em̄ illius familiaritate abstracti eousq; a mūdi cō-  
cupiscentijs diuidimur: ut nō esse in mūdo nobis videa-  
mur. **E**t quāto in eius amore diutius cōsistimus: tanto  
minus de seculi varietate cogitamus. **O**lera nāq; leticia <sup>cōtempny</sup>  
que de sola veritate que deus est vires accipit: huius mūdi <sup>mūdi</sup>  
di tā blanda q̄s aspera velut stercoza cōtemnit. **N**ocet em̄  
seruis dei huius mūdi intensius cogitata felicitas. **D**an- <sup>letitia</sup>  
tior autē et salubrior leticia in hac vita nō acquiritur: q̄s  
si mens bene sibi confesa. in sacris lris cū amore occupe-  
tur. **L**ectio em̄ sacra si cū deuocōne et humilitate frequē-  
tetur. mentē hoīs inestimabili gaudio letificat: que dum  
a suo amatore cū pietate discutitur: cordis oculus in cō-  
templatione celestium dulciter soporatur. **N**ichil adeo mo- <sup>duo mūdi.</sup>  
nachū ab amore huius mūdi separat: q̄s si animū suū  
sacris lectionibus cū desiderio om̄i tempore impendat.  
**E**ulogia siquidē sancti spūs in diuinis scripturis haben-  
tur: que dū intenta lectione pcurrimus: vim diuini amo-  
ris q̄s suauissime p̄cipimus. **N**on sum charitatis dei ex-  
pertus tam valens incendiū: sicut amozosam scientiam  
sanctarū scripturarū. **A**ma illā. et exaltabit te corā deo  
et hominibus: omniaq; bona pariter cū illa possidebis.  
**N**am qui eā veraciter tenet: omnia possidet. **D**octrinē est  
em̄ discipline dei: et habet cognitionē eius amicā. **H**ūc <sup>argu</sup>  
ergo fratres audite me: et hāc matrē pulchre dilectionis



ab exemplo

obisrtiam oritur

v. Beda

Rabanus

Strabus

Haymo

omni deuocōne excolite: ut eius ministerio ad thronum glorie magni dei p̄duci mereamini. In curia em̄ celestis imperatoris ista mater velut regina notissima est. Intueamur o fratres nostri ordinis monachos reuerendissimos qui magno desiderio sanctarū scripturarū olim flagauerūt: eorūq; sancta studia quantum possumus inuitemur: ut ad gloriā quā doctrina et sanctitate domino largiente adepti sunt. nos quoq; venire mereamur. Nemo in exaltationē sui dicat. non queo sine docente proficere: cū preceptores semp possitis inuenire. Mentis vestre purgate bozeū: et deus triticū faciet inferri scripturarū. Spiritus em̄ sanctus discipline effugiet fictū: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Mūdana est ergo domus cōscientie. ut digna fiat habitatio scripturarū: q; monachus q̄ sacras scripturas vult vtiliter discere: a correctione morum debet inchoare. Nec oportet vos p̄pter studiū monasteriū deserere: quia vnde p̄ficiatis domi potestis inuenire. Multos em̄ doctissimos monachos olim in ordine nostro claruisse cognouimus: quos tantū in cenobijs studiisse scimus. Beda presbiter et monachus vndecūq; peritissim⁹ septēnis cenobio traditus fuit: in quo quicquid scripturarū didicit hausit. Cuius discipuli fuerunt inter ceteros eruditissimi. Alcuinus preceptor postea Caroli magni. Claudius. et Iohānes Scotus monachi. in omni doctrina tam diuina q̄ seculari excellentes. greco et latino sermone instructi. quoz multa p̄clara extant opuscula. Rabanus abbas et Magūtinus archiep̄us pene ad huc puer Fuldensi monasterio traditur: q̄ quātū in omni scientia profecerit eius volumina testantur. Hunc tamen abbas suus Fuldenis studiū causa in Franciam misit ad Alcuinū abbatē cuius iam fecimus mentionē. sub cuius magisterio multis annis perseuerauit in cenobio. Strabus monachus fuldenis discipulus et scriba Rabani abbatis fuisse dicitur: qui iuuenis cenobio datus. doctor insignis effulsit. Sic Haymo. sic Notgerus. sic Dermānus contractus. sic alij pene innumerabiles moa

pho

d.

p. ubi.




37  
nachí doctores excellētes sunt habiti: q̄ sub regula sancti  
Benedicti humiliter cōuersantes . cenobia p̄ gymnasijs  
habuerūt. **N**ec dicimus illis defuisse magistros: q̄ alioꝝ  
p̄ceptores habiti sunt. **M**agistros omnino habuerunt:  
sed monachos et regularis vite cōsocios. qui eos nō mi-  
nus vita q̄ doctrina instruebant. **H**os quoq̄ magistros  
forsitan inueniremus: si vellemus esse discipuli. **N**isi enim  
humilitas et amor scripturarum mutuo sibi cōsentiant:  
monachorum studia nec expediunt ordini. nec proficiūt. *Humilitas*  
**A**mor em̄ scripturarū sine humilitate regularis vite disci-  
plinā destruit: humilitas sine amore ad scientiā earundē *amov.*  
non ptingit. **Q**ui ergo in cenobio doctus fieri desiderat:  
hec duo inuolabiliter conseruet. **I**mitemur sanctos pa-  
tres diuinis scripturis cum humili amore insistentes: et  
quod illis gratia diuina contulit: nobis orantibus et les-  
gentibus sedule nō negabit. **Q**uāto em̄ quisq̄ in lectione  
assidius fuerit: tanto fructum ex eis vberiozem capit.  
**F**ructus autē quē in sacris scripturis querim⁹: amor dei  
et proximi est: et n̄ri agnitio pijsissimi saluatoris.

**¶** Desideratus finis huic p̄ q̄ eleganti opusculo sanste:  
imponitur p̄ Petru Friedbergē. impressorem Da-  
guntinū Anno virginē partus. D. cccc. xliij.


























TRIE  
DE  
SACERDO  
TIO  
DE  
S. ANNE  
I. V. D.  
DE

TRIE

AL. S. SCR

DE  
MISERIA  
VIRGVM  
DE  
KVINANO  
NAST.

J. X.